

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 1: De Deo (1)

Gregorius, in *Moralibus*:

Deus
ipse manet intra omnia,
ipse est extra omnia, ipse supra omnia,
ipse infra omnia: et superior est per
potentiam, et inferior est per
sustentationem, et exterior per
magnitudinem, et interior per
subtilitatem.

Quia enim
ipse manet intra omnia,
ipse extra omnia, ipse supra omnia,
ipse infra omnia; et superior est per
potentiam et inferior per
sustentationem; et exterior per
magnitudinem et interior per
subtilitatem;
sursum regens deorsum continens; extra
circumdans interius penetrans; nec alia
ex parte superior alia inferior, aut alia ex
parte exterior atque ex alia manet
interior.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 2.12
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.72, ll.16-
22).